

DECALOGI

PIA IVXTA AC
erudita exegesis;

Vna cum assertione, de cultu,
invocatione, ac reliquijs diuina-
rum, & alijs plerisq;:

AVTHORE ARNOL-
do Vesaliensi.

COLONIAE,

Excudebat Petrus Horst.

LASSE 42

2. in 7

z We

v 16



REVERENDO E
abt Domino, D. Henr
de Plancus, metropoli
sa Coloniens. Decimo c
no mecenati fu
Arnoldus Vespucci

Acit tuq gratis, zo
Floris Decane, n
facit morum c
tas vita: facit in De
eius pietas & reuer
nig: vhemens ard
semper zitans, qu
intelligentie ex fac
dz, vt neminem, q
uis doctrinæ fama
finis abire, quin loc
pletis, vel Euangeli
us etiam epistolis fi
delisopti, verū german
sum interroges: nulli
civitis sermonib.
A 2

V.16
REVERENDO ET IL
lustri Domino, D. Henrico Reus
de Plauuen, metropolitanæ eccle
siæ Colonien. Decano &c. Patro
no & mecenati suo gratioſo
Arnoldus Vesaliens. S. D.

Acit tuę gratię, reuerende & il
lustris Decanę, mira comitas:
facit morum cădor & integrit
tas vitæ: facit in Deum & sanctos
eius pietas & reuerentia: facit de
nig; vehemens ardor & desideriū
semper æstuans, purioris cuiuscum
intelligentię ex sacris literis eruē
dæ, vt neminem, qui vel medio
cris doctrinæ famam habet, à te
finas abire, quin loci, vel ex Pro
phetis, vel Euangelio, vel Pauli
nis etiam epistolis fortefortuna
desumpti, verū germanumq; sen
sum interroges: nullam cœnā, tā
et si varijs sermonib. occupatam,

A 2 nullum

EPISTOLA.

nullum conuiuium quamlibet diuersis ferculis instructū peragas, quin de sacris literis à tua gratia interim honesta & salutaris fiat mentio, atq; passus Euangeli, aut Prophetarū abstrusior tectorq; illustretur ac retegatur. Et (quod veræ probitatis pulcherrimū indicium est) interea conquiescant detractiones, repellantur obloquutionum conuiciorumq; tela, cessent inutiles fabule, concidant mordaces & aculeati sales, dum ea tractātur, quæ & eruditionem adiuuant, & auditorem cōtra noui impījg; dogmatis verminatio nes confirmant, redundq; exercitatiōē. Inter alia quæ planè multa sunt & varia, vel illud præcipū est, quod tua gratia crebrius interrogare solet. Quæ nam mandata adsertor noster Iesus Christus accipiēda esse velit, cūm ait: Si vis ad vitam ingredi, serua mā data. Responsum est à me non semel,

quilibet dicitur peragas, à tua gratia salutaris fiat iangeli, aut de tectione. Et quod ierimū inquietescantur oblongi tela, concidant sales, dum adiunctionem in cōtra noverminatio antē exercitū plane mulloidū praeclarū crebrius e nam man Iesus Christus, cūm ait: si serua mā me non servem, mel,

EPISTOLA.

21

mel, mandata diligendi, cum proximi, tum Dei. His enim duob. legem & Prophetas niti præceptis, & eum qui diligit proximū, legem adimpleuisse. Quæ responso, quemadmodum tuæ gratiæ non omnino dispicuisse, ita è diverso neq; peritus satisfecisse visa est. Nam ex ea natam quæstionem statim tua gratia proposuit: Ecqd de proximo diligendo mandatum est: quid item de Deo? Ad quod cūm diceretur: Hunc ex tota anima, ex tota mente, ex totis viribus: illum vt nosipso diligēdum esse, subiecit tua gratia: Illum dilectionem neutiquam elucere, nisi in ynum corrogentur omnia mandata, sparsim per legē Mosaicam, Prophetas, Euangeliā & Apostolorum epistolas diuulgata. Respondi id oppido quam difficile, ne dicā impossibile fore, tū qd mandata hac lege discriminata, certo numero comprehen-

A 3 dīne

EPISTOLA.

di nequeant, tum quod mandatis
quandoq; adeo finitima, vicinaq;
sunt consilia, vt nullū aut saltem
per quam exiguum appareat diu-
tium: esse præterea nonnulla con-
silia, quæ intercedente voto, aut
similis obligationis sacramento,
in præceptorum ordinem conce-
dant. Quanquam isthæc vera esse
tua gratia agnosceret, non desti-
tit tamen crebro me vrgere, ne-
dum præsens, sed absens quoq; li-
teris, vel ad me, vel ad dominum
Nicolaū datis, vt quæ mihi de mā
datis passim per Biblia sparsis vi-
derentur, in vnum libellum con-
gererem, confarcinaremq;. Nō po-
tui pertinacibus tuæ gratiæ iussis
quidquam denegare: quippe cui
quidquid in me viriū est, siue cor-
poris, siue ingenij, quin ipsam e-
tiam præsentem salutem & vitam
debeo. Quocirca malui cum stu-
diorum meorum iactura, & vani
fortassis & inanis conatus infeli-

cius

A 4

LA.

old mandatis
ma, vicināq;
ū aut faltem
ireat diuor-
nnula con-
te voto, aut
acramento,
nem conce-
ēc vera esse
, non desti-
rgere, ne-
ns quoq; li-
l dominum
mihi de mā
isparis vi-
ellum con-
m̄q;. Nō po-
ratq; iussis
quippe cui
st, siue cor
i ipsam e-
& vitam
i cum stu-
a, & vani-
us infeli-
cior

EPISTOLA.

22

ei exitu, tantum laborem subire,
quām tuæ gratiæ petitionem &
iussa detractare: malui in re cona-
tibus meis impari, vires meas pe-
riclitari, quām reniti tue gratiæ
expectatiōi & desiderio. Arbitra-
tus sum ad decalogum vniuersa
præcepta reuocari posse, siue com-
muniora sint, & præcedant, siue
particularia magis & sequantur,
siue confinia sint & alludant, siue
subiecta & includant. Igitur quid
quid ad hunc scopum mihi perti-
nere visum est, ex toto Bibliorū
corpore coagmentatum, in deca-
logi ordinem & fulcos digessi,
sperans, si quid fortassis (vt ve-
reor) omissum fuerit, à quo quis e-
tiam mediocris eruditionis ho-
mene in eundem ordinem rele-
gari posse. A sanctorum patrum,
& eorum qui sacrā scripturam il-
lustrarunt, testimonijs cōsulto tē-
perau. Nam illorum autoritatē

A 4 quan

EPISTOLA.

(quanquam id citra Dei & Diuo-
rū iniuriam non fiat) huic seculo
obsorduisse animaduerti: atque
nihil esse, quod æquè quempiam
moueat, ac sacrarū literarū vali-
da robora. Si quid postremum in
hoc libello negligentius oscitan-
tiusq; tractetur q; parest, meminis-
se debet tua gratiame annalis (vt
vocant) residentiæ pistrino adli-
gatum, atq; adeo tā chori quā Ca-
pituli curis negotijsq; distractū,
vix tantundē temporis suffurari
potuisse, quanto mihi opus fuerit
ad isthęc qualiacunq; fint, scriben-
da, ne dicā comportanda. Quod si
olim (vt spero) liberior vitæ con-
ditio, & literarū sedulior cura mi-
hi illuxerint, prætantiora nimi-
rum, elaboratioraç;, Deo opti-
mo max. annuente, & Mufis bene-
fauentibus, à me gratia tua expe-
ctabit. Interim bene valeat, & suo
Arnoldo qduis oneris imponat.
Ex casa nostra apud S. Seuerinū,
Octavo Idus Iulij,

LIBELL

DE PRAECEPTIS
Item ad verbum Domini
nisi ad uitam ingredi,
ut mandata.

Cap. I.

Monet Servi
ficer Christi
vitam ingre-
mus, seruen-
dara. Quan-
illa mandata, solente moni-
terrogare. Quod si precep-
tis intellectum, padi-
mus haud iniuria de illis
proximi & Dei, in decalogue
corpora accidensib; de
de blasphemis, de omniis
peccatis, de cōfessionib;
non de scortatoribus, de
patribus, de raptoriis.

A 5

LIBELLVS

DE PRAECEPTIS, AL^s

*Iudens ad uerbum Domini: Si
uis ad uitam ingredi, ser-
ua mandata.*

Cap. I.

Nonet Seruator no-
ster Christus, vt si
vitam ingredi veli-
mus, seruemus man-
data. Quænam fint
illa mandata, solent nonnulli in-
terrogare. Quod si precepta deca-
logi intellexerimus, addubitabi-
mus haud iniuria de dilectione
proximi & Dei, in decalogo non
expressa: addubitabimus quoque
de blasphemis, de ariolis, de au-
guribus, de cœictoribns somnio-
rum, de scortatoribus, de calum-
niatoribus, de raptoribus, & id

A 5 genus

DIX. PRAEC. LI

Miraculo est, quod Paulus
Plempenses in charitate t
ni fundari. Alibi tellus
tum legis esse dilectio
bitem precepti charitate
de corde puro, conscientia
& Ide non ficta. Ad eum
tamen cum fundamentis
summationem praesertim
declaravit, ut non sit
dicere: Qui proximum
semadimplent. Hoc
datum habemus à Deo
igit Deum, diligat
sum.

Cap. 3

Ex humana sponte
L communis civitatis
et Angelice, tunc
futura vita. Commun
km conseruat iustifica
cam, virtutum yniuersi
conque enim tocam le
ueritatem, offendat an
to, factus ei ille omni

A 6

ARNOL. VESALI.
genus alijs hominibus, quorum
abominanda scelera decalogo cō
tundi castigariq; non videntur.

Cap. 2.

Constat Seruatorem nostrum
Christum idcirco ad manda
torum obseruantiam nos re
uocasse, vt per illa spiritualem vi
tam amplecteremur, coniunge
remurq; Deo. Sed quæ nam vno
esse potest absq; charitate: quæ fi
ne dilectione cōiunctio: Qui ma
net in charitate (ait Ioannes) in
Deo manet, & Deus in eo.

Quocirca dilectionis preceptū
& principium & finis est eorum,
quæ in decalogo enumerantur: id
quod Christus non obscurè indi
cavit apud Matth. quando maxi
mum & primum mandatum esse
dixit: Diliges dominum Deum tu
um ex toto corde tuo, in tota ani
ma tua, & in tota mente tua. De
inde secundū huic simile: Diliges
proximum tuum sicut teipsum.

Huius

Ioā. 4.

Mat. 22



DE X. PRAEC. LIB.

Huic ad fine est, quod Paulus vult
Philippenses in charitate radica- Phil.3.
ri & fundari. Alibi testatur, pleni Rom.13.
tudinem legis esse dilectionem: ali- I. Tim.1.
bi finem precepti charitatem esse
de corde puro, conscientia bona,
& fide non ficta. Adeo enim chari-
tatem cum fundamentum, tu con-
summationem praceptorum esse
declarauit, ut non sit reueritus
dicere: Qui proximum diligit, le- Rom.13.
gem adimpleuit. Hoc enim man-
datum habemus a Deo, ut qui di-
light Deum, diligit & fratrem
suum.

Cap. 3.

LEx humana aptat hominem
communitati ciuili: diuina ve-
ro Angelicæ, tam in hac, quam
futura vita. Communitatem ciui-
lem conseruat iusticia: Angeli-
cam, virtutum yniuersitas. Qui- Iaco.1.
cunque enim totam legem fer-
uauerit, offendat antem in v-
no, factus est ille omnium reus.

A 6 Prae-

ARNOL. VESAL.

Præcepit igitur lex humana actus iustitiae, & earum virtutum, quæ famulantur iustitiae.

Diuina vero lex, omnium virtutum ambitu distreditur. Ea, quorum rationem nemo nō facile intelligit, in decalogum sunt digesta, ad actus iusticiæ potissimum spectantia. Sed quorum secretior est ratio, sapientib. solum perspecta, ea decalogo superinducta esse non est vt ambigamus.

Siquidem dixerimus dilectionis mandatum in decalogo perinde ac principium in præmissis cōtineri : qui fiet , vt hæc accessoria præcepta, decalogum quoq; completi inficiemur : quādo haud aliter ex decalogi præceptis edificantur, atq; conclusiones ex præmissis. Quod vt dilucidius cōtue amur, per singula præcepta progressi , quid ad fine , quid contrarium, quid expressum, quid obtemptum, quid simile , quid dissimile fit,

DIX. PRAEC. LI
fit, tuis sacra scriptura
congruum.
Cap. 4
Oles vicinus morti,
M p se lira lenti, dixit
dit vobis dominus
sum, quod præcepit ut ta
læc verba que scriptis
bus tabulis lapideis. Reg
que propheta monet, ut
no decem chor darunt
com præceptorum ob
expōsitorē B. Augustinū
mus deo.

Inter hæc præcepta
nus minutiō Mois. i
posuit, tria ad angelū
nitatis principem reg
quidem in eam commu
scribi voluerimus, pen
tet, vt principi fideli i
de, vt exhibeamus res
stremum, vt diligenter
mur.

De primo præcepto.

A 7

ESAL.
humana actus
iuitum, qua
e.
omnium vir-
ditur. Ea, quo
o nō facile in
um sunt dige-
e potissimum
um secretior
olum perspe-
rinducta esse
is.
us dilectio-
alogo perin
tāmīsis cō
ec accessoria
quoḡ com-
ido haud a-
eptis edu-
es ex præ-
dūs cōtue
epta pro-
d contra-
uid obte-
dissimile
fit,

DE X. PRAEC. LIB.
25
sit, ex alijs sacræ scripturæ locis
corrogabimus.

Cap. 4.

Mōses vicinus morti, vocatis Deut. 4.
Mad se Israēlitis, dixit: Osten-
dit vobis dominus pactum
suum, quod præcepit vt faceretis,
& decē verba quæ scripsit in dua-
bus tabulis lapideis. Regius quo- Psal. 32.
que propheta monet, vt in Psalte
rio decem chordarum, hoc est, de
cem præceptorum obseruantia;
expositore B. Augustino, psalla-
mus deo.

Inter hæc præcepta, quæ domi Exo. 20.
nus ministerio Mōsi, populo ex-
posuit, tria ad angelicæ commu-
nitatis principem respiciunt. Si
quidem in eam communitatē ad-
scribi voluerimus, primū opor-
tet, vt principi fideles simus: dein
de, vt exhibeamus reuerentiā: po-
strem, vt diligenter famule-
mūr.

De primo præcepto. Cap. 5.
A 7 Fide-

ARNOL. VESAL.

Exo.20. **F**idelitatis nos admonet primū
præceptum: Non habebis, in-
quit, Deos alienos coram me.
Non facies tibi sculptile, neq; om-
nem similitudinem, quæ est in cœ-
lo desuper, & quæ in terra deor-
sum, nec eorum quæ sunt in aquis
sub terra. Non adorabis ea, neque
coles.

Ab hoc nimirum præcepto Ion-
gius aberrat, qui solem & lunam
cæterosq; planetas adorant. Au-

Deut.4. diamus Mosen: Ne eleuatis oculis
ad cœlum, videas solem & lunam
& omnia astra cœli, & errore de-
ceptus adores ea & colas: quæ cre-
auit dominus Deus tuus in mini-
sterium cunctis gentibus, quæ sub
cœlo sunt. Cui adfīne est, qd alibi

Deut.17 dicitur: Qui transgreduntur pa-
ctum domini, vt vadant, & serui-
ant Dijs alienis, & adorent eos, so-
lem & lunam, & omnem militiā
cœli, quæ non præcepi: & hoc ti-
bi nunciatum fuerit, audiens' que
inqui

X. PRAEC. L
ingens diligenter, &
et imperitus, & abom-
inabili in Israel: reduces vi-
malem, qui rem sceleris
peperarunt, ad portum
tutus, & lapisibus obtri-
bus. Ab hoc deficit, quia ag-
itur, aut citatum ad
id genus alias creaturem
bitratur. Sapientia ve-
nit, aut omnes homi-
nem, aut spiritum, a
gerem, aut gyrum fini-
nunt aquam, aut si-
nam, preciosos orbis m-
os putauerunt. Quan-
cie delectati, Deus p-
sciant quanto his domi-
num speciosior erit.

Quid de his dicimus,
loci, qui augures, qui mi-
bicantatores, qui homi-
niores, qui divinatores
sunt, qui magos collaudan-
tique, vt secrete i-

VESAL.
dmonet primi
in habebis, in-
nos coram me,
ptile, neq; om
, quæ est in cœ
in terra deor-
sunt in aquis
abis ea, neque

præcepto lon
em & lunam
dorant. Au
euatis oculis
em & lunam
X errore de
das: quæ cre
us in mini
bus, que sub
st, qd alibi
iuntur pa
t, & serui
ent eos, so
m militiā
& hoc ti
liens que
inqui

DE X. PRAEC. LIB.

26

Inquisieris diligenter, & verum
esse compereris, & abominatio fa
cta est in Israel: reduces virum &
mulierem, qui rem sceleratissimā
perpetrarunt, ad portam ciuita
tis tuæ, & lapidibus obruentnr.

Ab hoc deficiūt, qui ignem, aut
spiritum, aut citatum aërem, aut
id genus alias creaturas Deos ar
bitrantur. Sapientis verbum est: Sapi. 23.
Vani sunt omnes homines, q; aut
ignem, aut spiritum, aut citatum
aërem, aut gyrum stellarum, aut
nimiam aquam, aut solem aut lu
nam, rectores orbis terrarum de
os putauerunt. Quorum et si spe
cie delectati, Deos putauerunt:
sciant quanto his dominator eo
rum speciosior est.

Quid de ihs dicemus, qui arlo
los, qui augures, qui maleficos &
incantatores, qui somniorum cō
iectores, qui diuinos, qui pytho
nas, qui magos cōsulunt, vt noua
inquirant, vt secreta rimentur,

vt

ARNOL. VESAL.

vt futura præfigiant, vt perdita recuperentur. Nonne hoc præceptum transgrediatur haud dubie. Quoties enim in Leuitico, quoties in Deuteronomio, quoties alibi horum partim impietas & superstitionis, partim temeritas & peruvicacia reprehenduntur explodunturque? In Deuteronomio 18. ter. dicitur: Non inueniatur in te qui ariolos sciscitetur, qui obseruet somnia atque auguria, ne sit maleficus, nec incantator, nec qui pythomas consulat, aut diuinoscit. In Leuitico 20. Leuitico legimus: Anima quæ declinauerit ad magos, & ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam illam de medio populi sui.

Istis finitimi sunt, qui huius precepti imminores, Calend. & tempora obseruantur, qui in legitimis gentium deambulant, qui à mortuis veritatem scitatur, qui filios Iustant, qui portentosis preculis nefantur.

DIX PRAEC. LI
naturæ carminibus, ab omnibus
clibanis, ignotis characte-
ribus, signis & figuris
quælibet ad greci, maribus
latini, juxta deprecari, ad
utigare, & futura pollicen-
te. Diversus Paulus corrum-
pus, quod scilicet concur-
tur ad infirma, & regenera-
tio, quod dies obserwarent,
& tempora, & annos, la-
dominus iubet: Nolite
in legitimis nationibus
expulsorum sum ante
teronomico: Non inueni-
qui luctret filium suum
suam ducens per agem
querat a mortua vero
Quid de illis caner-
mus, quia nostra cupido
et auaritiam sectantur
pate ille feci, carnis que-
sus aut deniq; nimis in-
nocentes, Dei ordinem
abundantur: An non huius

DE X. PRAEC. LIB.

nefandis carminibus, abominan-
dis ritibus, ignotis characteribus
multijugis signis & figuris, rem
quālibet adgredi, morbos depel-
lere, fausta deprecari, abstrusa per
uestigare, & futura polliceri conā
tur. Diuus Paulus corripit Gala- Gala. 4,
thas, quōd scilicet conuerteren-
tur ad infirma, & egena elemēta,
quōd dies obseruarent, & menses
& tempora, & annos. In Leuitico Leui. 26
dominus iubet: Nolite ambulare
in legitimis nationum, quas ego
expulsurus sum ante vos. In Deu-
teronomio: Non inueniatur in te
qui lustret filium suum, aut filiam
suam ducens per ignem. Item: nec
querat à mortuis veritatem.

Quid de illis tandem censemus, quia nimia cupiditate distraicti, auaritiam sectantur: aut voluptate illeicti, carnis querunt delicias: aut deniq; nimio fastu intumescentes, Dei ordinem & nomine ambiunt. An non huius præcepti trans-

DIX. PRAEC. LI

iudicavitq; Beatus Pou
neculatos, ianificatos,
crescere in nomine d
Iesu Christi, & spiritu Dei
Minimus nomen Domini
par, ut laudem. ut pre
hac quod Regius prophet
at. Confitemini domum
vocate nomen eius, ut
inter gentes gloriam e
minus nomen domum
opem imploremus. Sa
et. Turris fortissima
mini, ad eam config
salubritur. Prophet
tuum inuocatum et
ne derelinquas. Adiu
stremo nomen domum
et nostra munera
Hierem. Vnde domum
te, & in iudicio, & in
Huius itaq; praecept
fates quis non vider
ni qui sacramenta E
xaltent, qui iacramen-

ARNOL. VESAL.

transgressores putabimus. Si beati Pauli censuram audituri sumus, in hunc ordinem relegabuntur.

Colos. 3. Ad Colossenses testatur: Avaritiam esse simulachrorum seruitutem.

Phil. 3. Ad Philippen. Quosdam esse quorum finis interitus, & venter deus est. Ad principem Tyri dominus per Prophetam ait: Eleua-

Ezec. 28 tum est cor tuum, & dixisti: Deus ego sum, & in cathedra Dei sedi in corde maris, quoniam sis homo, & non deus, & dedidisti cor tuum quasi cor Dei.

De secundo præcepto. Cap. 6.

Secundum præceptum ad reue
rentiam Deo exhibendam nos
in uitatu. Non adsumes, inquit,

nomen domini dei tui in vanum.

Nec enim habebit insontem domi
nus eum, qui adsumperit nomen

Exo. 20. domini dei suifrustra. Adsumimus
nomen dei, ut eo sanctificemur
iusti-

VESAL.
abimus: Sibi
reditur sumus,
relegabuntur,
atur: Auari-
orum seruitu-
Quosdam esse
tus, & venter
em Tyri do-
mait: Eleua-
dixisti: Deus
dra Dei sedi-
sis homo, &
or tuum qua

o. Cap. 6.

un ad reue-
endam nos
es, inquit,
n vanum.
te domi-
it nomen
sumim9
ificemur
justi-

DE X. PRAEC. LIB.

28

Iustificemur q̄. Beatus Paulus ait
nos ablutos, sanctificatos, iustifi I. Cor. 6.
catos q̄ esse in nomine domini
Iesu Christi, & spiritu Dei nostri.
Adsumimus nomen Dei, ut cōfite
amur, ut laudem. vt prēdicemus.
Ad quod Regius propheta horta Psa. 104.
tur: Confitemini domino, & in-
uocate nomen eius, annunciate
inter gentes gloriam eius. Adsu
mimus nomen domini, ut diuinā
opem imploremus. Sapien. uerbū
est: Turris fortissima nomen do- Pro. 18.
mini, ad eam confugiet iustus, &
saluabitur. Prophet. vero: Nomē
tuum inuocatum est super nos,
ne derelinquas. Adsumimus po
stremō nomen domini, vt illo di
cta nostra muniamus. Iurabis, vt
Hierem. Viuit dominus in verita Hiere. 4.
te, & in iudicio, & in iustitia.

Huius itaq̄ præcepti transgres
sores quis non videt esse in pri
mis qui sacramenta Ecclesiæ de
sident, qui sacramēta scienter in

peccē-

DIX. PRAEC. LI

etam illa & statuta conve-
nientia, quā illi patres in sp̄i-
ciū congregati, in fide nra
tate, non acceperunt, sed
alio postulatam, quā p-
tū non sufficerent illi;
neq; omnia docuerit vnde
quā deniq; illorum men-
sagenerit Christus, ut in
rent scripturas.

Huius etiam precepti
ta eis videntur, quā e-
stā quā peragendas ob-
tur, vanus illicitus, co-
bus sponte cōquisitus;
intervibant aduersus
pheta ait: Populus hic
honorat, cor autem con-
dit a me.

Postremo, hoc praecep-
tū, quicunq; Deum on-
us iuramento, vel in-
tendit, quando cilicet auctor
in quo illicita sunt, cum
caploquuntur baptizati p-

ARNOL. VESALL.

Sapi. 2. peccato mortali contrectant, quā
euertere nituntur, In quos Sapi-
ens dicit: Excēcauit illos ma-
litia eorum, & nescierunt sacra-
menta Dei, neq; mercedem spera-
uerunt iusticiæ, nec iudicauerūt
honorem animarum sanctorum.

Leui. 24. Deinde eos, qui blasphemauer-
rint nomen domini, quos morte
mori, per Mosen iubet, qui diuis
insultauerint, negauerintq; san-
ctos venerandos esse: in quib. vt
dominū laudemus, propheta hor
Mat. 10. taf: quos pater honorificat, qui
in cœlis est: in quorum nomine
porrectus aquæ frigidæ calix,
mercedem suam habet.

Item qui sacrā scripturam falsis
enarratiōibus aut interpretatio-
nibus maculauerint, qui diuinās
literas ad impiam opinionē tu-
endam detorserint, qui rudes a-
nimās nouis & à fidei p̄scriptis
alienis dogmatibus imbuerint,
qui sanctorum patrum sacro san-
cta

SALL
trectant, qui
quos Sapi-
t illos ma-
runt sacra-
dem spa-
dicauerūt
anctarum.
phemaue-
nos morte
qui diuīs
intq; san-
t quib. vt
heta hor-
icat, qui
nomine
e calix,

in falsis
retatio
liuinas
nē tu-
des a-
riptis
rint,
san-
cta

DE X. PRAEC. LIB.

29

Eta confilia & statuta contempse-
rint, quasi illi patres in spiritus an-
cto congregati, in fide nihil hæfi-
tantes, non acceperint sapientiā Iaco. I.
à Deo postulatam, quasi paracle-
lus non suggesserit illis omnia, I. Ioan. 2
neq; omnia docuerit vncio ipsa, Luc. VI.
quasi deniq; illorum mentes non
aperuerit Christus, vt intellige-
rent scripturas.

Huius etiam præcepti negligen-
tes esse videntur, qui orationes,
ad quas peragendas obstringun-
tur, vanis illicitisq; cogitationi-
bus sponte cōquisitis accersitisq;
inturbant, aduersus quos pro-
pheta ait: Populus hic labijs me Isaiæ. 29
honorat, cor autem eorum longè
est à me.

Postremo, hoc præceptum vio-
lant, quicunq; Deum onerant vel
iniquis iuramētis, vel stolidis vo-
tis, quando scilicet aufalsa iurāt,
aut quæ illicita sunt, cum Herode Mat. 24
caput Ioannis baptistę puellę sal-
tatrici

ARNOL. VESAL.

Iudic. II. tetrici ex iuramēto reddent, aut temerē vount cūm lepte, vnicā filiam ex voto maſtante, aut iuramenta profundūt effutiuntq; nulla interim neq; alliciente vti litate, neq; cogente necessitate. dominici uerbi iminemores: Sit sermo tuus, Est, Est, Non, Non: qd

Matth. 5 amplius est, à malo est.

De tertio præcepto Cap. 7.

A D famulatum Deo præstan- dum tertio præcepto inuita-

mur: Meimento, inquit, vt dī em sabbati sanctifices. Hic, quod ad cæremonias pertinet, abolitū

Exo. 20. est: quod ad mores, perpetuo manet. Iubemur tantundem temporis suffurari nostris laboribus & negocijs, vt interim etiam diuinis rebus vacemus: quod planè tempus Ecclesia & sancti patres in dominicos, & alios dies festos equissima ratione distribuerunt. Sanctificabimus itaq; sabbatum, hoc est, diem diuinæ uacationi affi-

DEX. PRAEC. LI
affigati, si abstinuerimus
vili opere, si cauterimus à m
lis peccati culpa, si ludos, si
innotiones, errietates, oc
genaria vicia fugemus
Adenq; obtulerimus D
cūcum, obtulerimus co
tum Cor enim contritum
militat Deus non deſi
ſacrificium Deo spiritus
bulatus, nempe per Mo
rus ait: Sabbatum reg
et & adſigetis animas v
ligie perpetua. Obtule
ſcriticum laudis in om
nia, docentes & cōmōdo
metipſos in psalmis & in
canticis spiritualib; in
cantantes in corde nō
Nam per Prophetam ut
nos Sacrificium laudis ha
bitame. Obtrulerimus cu
bitate expediri & alaci
tu Paulus per misericordi
gloriat Romanos, vt ea

ESAL.
reddent, aut
lepte, vnic
ante, aut iu
effutuntq;
liciente vti
necessitate,
emores: Sit
on, Non:qd

Cap. 7.
o præstan-
pto inuita-
quit, vt di
Hic, quod
et, abolitū
rpetuo'ma
em tempo
oribus &
iam diui-
od planè
ti patres
ies festos
uerunt.
obatum,
acationi
affi-

DE X. PRAEC. LIB.
assignatū, si abstinuerimus à ser-
uili opere, si cauerimus à morta-
lis peccati culpa, si ludos, si com-
messationes, ebrietates, ocia & id
genus alia vicia fugerimus.

Si deniq; obtulerimus Deo sa- Psal. 50.
crificium, obtulerimus cor cotri-
tum. Cor enim contritum & hu- Leuit. 16
miliatum Deus non despiciet. Et
sacrificium Deo spiritus contri-
bulatus, nempe per Mosen domi-
nus ait: Sabbatum requietionis
est & adfligetis animas vestras re
ligiōe perpetua. Obtulerimus sa- Collo. 3.
crificium laudis in omni sapien-
tia, docentes & cōmonentes nos-
metipſos in psalmis & in hymnis
& canticis spiritualib., in gratia,
cantantes in cordib. nostris Deo,
Nam per Prophetam ait domi- Psal. 49
nus: Sacrificium laudis honorifi-
cabit me. Obtulerimus corpus so-
brietate expeditū & alacre. Bea- Rom. 12
tus Paulus per misericordiā Dei
obsecrat Romanos, vt exhibeāt
cor-

DIX. PRAEC. L.

gen Propheia ait: Cestod
amaretas, & nolite porti
derin die fabbati, nec in
propteras Hierusalem: &
eicere onera de domibus
in die fabbati, & omne ce
factis. Eum hominem, q
colligerat in die fabbati.
Mois, Aaron, & vniuersi
dini, dominus iusit lap
ri extra castra.

Deinde hoc præcept
lidunt, qui cunque mort
cat. In Liuitico dicitur
plus servile non faciet
tio: caternum qui peccat
fit testimoniou, setuue
Quod si quis in die sibi
inimicorum duo præcep
terum, quo prohibetur
alterum, quo sanctificatur
dicitur.

Quid de his dicemus, i
eius saginantur oicio?
In illo tempore mola

ARNOL. VESAL.

2. Cor. 4 pora sua hostiam viuentem, san
ctam, Deo placetem. Corinthios:

vt semper mortificationem Iesu
Christi in corpore suo circumfe
rant. Galatis vero scribit: Qui au

tem Christi sunt, carnē suam cru
cifixerunt cum vitijs & concipi
Collos. 3 scentijs. Coloss. etiam: Mortifica

te membra vestra, quæ sunt super
terram. Si postremo pauperi & e
geno viscera misericordiae reclu
serimus, memores eius, quod mo

Zach. 7. net dominus per prophetam: Mi
sericordiam & miserationes fac
te, vnuſquisq; cum fratre suo. Per

I. Pet. 3 Apostolum: Estote cōpatientes,
fraternitatis amantes, misericor
des. Per semetipsum: Discite, quid
est, Misericordiam volo, & non
sacrificium.

Huius igitur præcepti violato
res in primis illi sunt, qui citra ne
cessitatem & causam recte ratio
ni consentaneam, manualibus (vt
yocant) operibus festo die indul
gentes

Mat. 9

VESAL.
uentem, su
Corinthio
ationem le
uo circumfe
ribit: Qui au
ne suam cru
& concupi
m: Mortifici
æ sunt super
pauperi & e
ordia rechu
is, quod mo
phetam: Mi
tationes fac
itre suo. Pe
cōpientes,
s, misericor
Discite, quid
olo, & non
ti violato
ui citra ne
cte ratio
alibus (vt
die indul
gentia

DE X. PRAE C. LIB.
31
gent. Propheta ait: Custodite ani Hier. 17.
mas vestras, & nolite portare pō-
dera in die sabbati, nec inferatis
per portas Hierusalem: & nolite
enjēcere onera de domibus vestris
in die sabbati, & omne opus non
facietis. Eum hominem, qui ligna
collegerat in die sabbati, oblatū
Mosi, Aaron, & vniuersae multitu Num. 25
dini, dominus iussit lapidib. ob-
rui extra castra.

Deinde hoc præceptum trans-
liunt, quicunque mortaliter pec-
cāt. In Liuitico dicitur: Omne o- Leuit. 23
pus seruile non facietis in sabba-
to: cæterū qui peccat, vel Chri-
sti testimonio, seruus est peccati.
Quod si quis in die festo furetur, Ioan. 9.
is nimirum duo præcepta violat,
alterum, quo prohibetur furtum,
alterum, quo sanctificatio diei in
dicitur.

Quid de ijs dicemus, qui festis
diebus saginantur ocio. qui alea
fritilloq; temporis molestiam fal-

B lunt;

DIX. PRAEC. L

executio[n]es, conuictio[n]es, po
immo[r]tale, cupiditate, pa
flatione, interdum eti
deridunt. Cum maledic
bonumdem famere Paul
nihil permitt.

Qua fetsos dies trans
locis, defideris, vnu
conclinationibus, port
ebrietatis, & illicet
culetibus, hos tercei
communio[n]e: Vah, qu
tis mane ad ebrietate
& porandum usq[ue] ad
vt vino aliuets. Ter

Apo[st]o[li]. verbum: Neq[ue]
que maledici, ne grapi
Dei possidebunt.

Quo etiam modo hui
pi tandem non obtin
stratere suo necessitatem
teufera sua claudit. Q
den dominus per Nesc
eruinet, ut mittamus
h[ab]itu[m]o preparauerit

ARNOL. VESAL.

Iunt: qui potatiunculisebriosisq[ue]
conuuiu[n]s h[ab]entius solito indul
gent: negligunt haud dubie hoc

Ephe. 3. praeceptum. Monet Paulus Ephes
ios, quomodo caute ambulent,
non quasi insipientes, sed vt sapi
entes, redimentes tempus. Corri

Mat. 20. p[ro]p[ter] Christ[us] illos, qui tota die sta
bant ociosi. Hieremias dicit: Ma-

Mich. 6. Iedictus, qui opus dei facit negli
genter. Miche[as] vero: Indicabo ti
bi o homo, quid sit bonum, solli
citum te ambulare corā Deo tuo.

Prou. 19 Nunquid igitur torpore & des
idia emarcebimus? nunquid cum
pigris manum sub ascella abscon
demus? uel tum maxime, cū uacā
dum est diuinæ contemplationi,
cum insitendum orationi, cum
deuotioni inuigilandū est. Paul.

Hebr. 12. scribit: Sequimini pacem
& sanctimoniam cum omnibus,
fine qua nemo videbit Deū. Quæ
nam in ludo pax, quæ sanctimo
nia esse potest, ybi iurgia, minæ,

exe-

ESAL.
uliscbrisq
olito indul-
d dubiè hoc
Paulus Ephe
ambulent,
, sed ut sapi
npus. Corri
tota die sta
s dicit: Ma-
facit negli
indicabo ti
num, solli
à Deo tuo.
re & desi-
nquit cum
ella abscon
nē, cū uacā
nplationi,
oni, cūm
est. Paul.
ni pacem
nnibus,
Deū. Quæ
in timo-
ta, mina,
exe-

DE X. PRAEC. LIB.
execrationes, conuitia, periuria,
imposture, cupiditates, pugne, cō
flictiones, interdum etiam cæ-
des ad sunt. Cum maledico ne ci
bum quidem sumere Paulus Co- I. Cor. 5.
rinth. permisit.

32

Qui festos dies transfigunt in
luxurijs, desiderijs, vinolentijjs, I. Pet. 4.
cōmeslationibus, potationibus,
ebrietatibus, & illicitis laborum
cultibus, hos terreat Prophetæ
communatio: Væh, qui consurgi-
tis mane ad ebrietatē festādam,
& potandum usq; ad vesperam,
vt vino æstuetis. Terreat quoq;
Aposto. verbum: Neq; ebriosi, ne I. Cor. 6
que maledici, neq; rapaces regnū
Dei possidebunt.

Isa. 5.

Quo etiam modo huius præce-
pri tandem non obliuiscitur, qui
à fratre suo necessitatem patien-
te uiscera sua claudit. Quādoqui
dem dominus per Neemiā & Es-
drā iubet, ut mittamus partem
ñs, qui nō præparauerūt pinguia

B 2 &

ARNOL. VESAL.

& mulsum, quia sanctus dies domini est.

De quarto præcepto. Cap. 8.

Exo. 20. **T**RIBUS prioribus præceptis, & ijs quidem primæ tabulæ, ordinamur ad Deum. Septem posterioribus, & illis secundæ tabulæ, ad proximum. inter quæ nō immerito primum est, quod de honore parentibus tribuēdo constituitur: Honora, inquit, patrem tuum, & matrem tuam, ut sis longævus super terram, quam dominus Deus tuus dabit tibi.

Eccle. 7 Pater tuus est, qui te genuit, q̄ tibi præsidet, atq; annis antestat, cui famularis, qui tibi sacramēta ministrat. Quod sapiēs ait: Honora patrem tuum, & gemitum matris tuæ ne obliuiscaris: de genitore procul dubio accipiēdū est.

Deut. 31. Quod vero Moses: Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi: maiores tuos, & dicent tibi: de præside & senio confecto. Famuli etiam

DE X. PRAECEP.
etiam Naaman principis,
num sum appellatur p̄
terruunt, si grandem
tibi propheta facere de
In patrem honorab
urberis, & quasi dō
tiggi te genuerunt, in
simone, & in omni pat
obedies, disciplinam pa
plicendo, & legem in
dimitto. Si benevol
ticio prosequeris, v
mat tibi benedictio a
nus tolerabis & suci
paris tui, & non co
in vita illius. Deem
præcepto, si parentes
gas, si ridebis, si duri
abiges, si subfannabis, si
bius. Audi Sapient. Qui
tren, & fugat marren,
elis erit & infelix. Iter
ledicit patri suo & man
gatur lumen eius in n
obria item. Oculum q

to. Cap. 8.
s præceptis,
mæ tabula,
eum. Septem
secundæ ta
nter que nō
st, quod de
ibuedo con
uit, patrem
i, vt sis lon
uam domi
tibi.
genuit, q
is antefat,
sacramēta
sait: Hono
nitum ma
de geni
piēdū est.
rroga pa
bit tibi:
tibi: de
, Famuli
etiam

DE X. P R A E C E P. L I B.
etiam Naaman principis, domi
num suum appellarunt patrē: Pa
ter inquiunt, si grandem dixisset
tibi rē propheta, facere debuisses.

33

4. Re. 5.

Itaq; patrem honorabis, si re
uereberis, & quasi dōinis seruies
ijs, qui te genuerunt, in opere, in
sermone, & in omni patientia. Si Eccle. 3.
obedies, disciplinam patris am
plectendo, & legem matris non
dimittēdo. Si beneuolētia & be
neficio prosequeris, vt. s. superue
niat tibi benedictio à Deo. Si de
nig; tolerabis & suscipies senectā
patris tui, & non contristabis eū
in vita illius. Deerrabis ab hoc i b idem
præcepto, si parentes tuos adflig
ges, si ridebis, si duris à te verbis
abiges, si subsannabis, si verbera
bis. Audi Sapient. Qui adfligit pa Prou. 19
trem, & fugat matrem, ignomini
osus erit & infelix. Item: Qui ma o. 2 . orP
ledicit patri suo & matri, exstin
guetur lumen eius in medijs te- Prou. 30
nebris. Item: Oculum qui subsan-

B 3. nat

ARNOL. VESAL.

nat patrem, qui despicit partum
matris suæ, sussodiant eum corui
de torrentibus, & comedant eum
filij aquile.

Egredieris huius præcepti ter
minos, si regē & eos qui tibi præ-
funt, dominantur q̄, honorare cō
tempseris, & illuseris seni. Filius
enim honorat patrē, ait prophē-

Mala. 1. ta, & seruū dominū suum. Non-
1. Pet. 2. ne D. Petrus ait: Deum timete, re-
Leui. 19. gem honorificate. Nonne domi-
nus per Mosen iubet: Coram ca-
no capite cōsurge, & honora per
sonam senis.

Quid si inobediens fueris: tran-
filies nimirum septa huius man-
dati. Beatus Paulus ait de fi-
liorum obedientia: Filij obedi-
t parentibus in domino. Item:

Col. 3 parentibus in domino. Item: Fi-
lij obedite parētibus per omnia,
hoc em̄ placitum est in domino.

De famulorū subditorumq; obe-
dientia audi Petrum: Serui subdi-
ti estote in omni timore dei, nō
tan-

DE X. PRAEC. I
tribus & modicis, se-
cundu, Audi Paul. Seru-
tumnis carnibus ei
dremore, in simplicitate
perit, sic ut Christo non
amseruentes, quia ho-
placentes, sed ut seru-
entes voluntatem De-
i in cum bona voluntate
tes sicut domino & nos
bus item alibi Seru-
tumnis carnibus per
ad oculū seruientes, e-
m̄ placentes, sed in
cordu timentes domon
Hebraos. Obedite p-
teris, & subiecte es.
Quid si parentis p-
nevolentia & beneficio
nis ministerium, si fa-
ctis decimas, & alio
qua subtraxeris? Neg-
lecto hoc mandatum
aud. Matthaeum evan-
gu & Phariseos corr

ESAL.
picit partum
ut eum corui
medant eum

præcepti ter
qui tibi præ-
honorate cō-
fensi. Filius
ait prophē-
tuum. Non-
in timete, re-
onne domi-
Coram ca-
honora per

flueris tran-
vius man-
at de fi-
i obedit
Item: Fi-
r omnia,
domino.
mīq; obe-
rui subdi-
gois, nō
tare

DE X. PRAEC. LIB. 34
tūm bonis & modestis, sed etiam
discolis, Audi Paul. Serui obedī-
te dominis carnalibus cū timore
& tremore, in simplicitate cordis
vestri, sicut Christo, non ad oculū seruientes, quasi hominibus
placentes, sed vt serui Christi, fa-
cientes voluntatem Dei, ex anti-
mo cum bona voluntate seruien-
tes sicut domino & non homini-
bus. Item alibi: Serui obedite do-
minis carnalibus per omnia, non
ad oculū seruientes, quasi homi-
nib placentes, sed in simplicitate
cordis timentes dominum. Itē ad
Hebreos: Obedite præpositis ve-
stris, & subiacete eis.

Quid si parentib, si prælatis be-
nevolentiā & beneficia, si domi-
nis ministerium, si Ecclesiæ mini-
stris decimas, & alia talia obse-
quia subtraxeris? Negliges pro-
fecto hoc mandatum. Christus
apud Matthæum euangelist. Scri Math. 13
bas & Phariseos corripit: In tu-

B 4 feci

DE X. PRAEC. I
Quoniam debetis, nisi vi ini-
cigit, sicut scribit Corin. Si et
bui spiritualia seminauim
gratia, si nos carnalia ve-
ramus. Profecto neque
eum qui spiritualium pa-
ficiunt (vt alibi dicit)
Carnalia ministrare. E-
rio deferiuunt, cum ali-
ceant. Non allegamus
nos, os bouis trituratione.
Non denegabis pri-
cerdoti pro te labora-
subsidium, decimis, &
& id genus aliis eleen-
prehensum. Decimas
tuas, non tardabis offi-
do precipitur. Item ma-
ritas frugum terrae
in dominum Dei tui. In-
ciatur. Omnes decimae
ponis arborum, fine et
domini sunt. In Numeri
scribitur. Omnia que ob-
decimis, & in donaria d-

ARNOL. VESAL.

Marc. 7. fecistis mandatum Dei propter tra-
ditionem vestram. Vos enim dici-
tis, quicunque dixerit patri vel ma-
tri, munus quocunque ex me tibi
proderit, & non honorificabit pa-
trem suum aut matrem suam. Scri-
bit B. Paulus Tito: Admone illos,

Tit. 3. principibus & potestatibus subdi-
tos esse, dicto obedire, ad omne
opus bonum paratos esse, nemine
blasphemare, non litigiosos esse:
sed modestos, omnem ostenden-
tes mansuetudinem ad omnes ho-

2. Tim. 2 mines. Scribit Timotheo: Obse-
cro primum omnium fieri obse-
crations, orationes, postulatio-
nes, gratiarum actiones pro regi-
bus, & omnibus qui in sublimitate
constituti sunt, vt tranquillam &
quietam vitam agamus in omni

Rom. 13. pietate & castitate. Scribit Rom.
Reddite omnibus debita: cui tri-
butum, tributum: cui vectigal, ve-
ctigal: cui timorem, timorem: cui
honorem, honorem. Nemini quic-
quam

DE X. PRAEC. LIB.

quam debeatis, nisi ut inuicem diligatis. Scribit Corin. Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnū est, si nos carnalia vestra metamus. Profecto nequaquam. Illi enim qui spiritualium participes facti sunt (ut alibi dicit) debent & carnalia ministrare. Et qui altario deseruiunt, cum altario parti cipant. Non alligabis, ait dominus, os bouis triturantis.

Non denegabis prælato & sacerdoti pro te laboranti carnale subsidium, decimis, oblationibus, & id genus alijs eleemosynis comprehendens. Decimas & primitias tuas, non tardabis offerre, in Exodus præcipitur. Item in eodem: Primitias frugum terræ tuæ deferes in domum Dei tui. In Leuitico dictatur: Omnes decimæ terre, siue de pomis arborum, siue de frugibus, domini sunt. In Numeris denique scribitur: Omnia quæ offeretis ex decimis, & in donaria domini se-

B 5 para-

ESAL.
ei propter in
Vos enim dic
t patri vel me
q; ex me tibi
torificabit p
rem suā. Scri
dmone illos,
tatibus subdu
ire, ad omne
s esse, nemine
tigiosos esse:
m ostenden
id omnes ho
theo: Obse
n fieri obse
postulatio
es pro regi
sublimitate
iquillam &
is in omni
ibit Rom.
ta: cui tri
ectigal, ve
orem: cui
mini quic
quam

DEX. PRAE C.

mandi transgressoribus
sunt & sinitimi parentes
domini si famulus prelat
dilegitimā curā nō tunc
Debet in primis pa
lorizere, quod si remun
tari cantur in mandatum
et, quod decretū fundi
tum definiunt. Si quis
proprios filios, & ea
&c pietatis est, nec si
buferit, sub occasione
eos negligendos put
thematis. Ad hoc eti
pertinere potest, &
Paulus ait: Non de
tentibus thesaurizan
tes filii.

Debet & dominis
prafides subiectus ei q
& vita necessitatē pe
litter prouidere, ne ru
lofi, viduarū, & id gen
bilis personarū in eadū
mentat. Id B. Petrus

36

ARNOL. VESAL.
parabitis, optima & electa erunt
cuncta.

Quid tandem si parentes for
tasle (vt sit) morosos fastidiueris?
si in prælatos, presbyteros, domi
nos, & similes euomueris morda
ces iocos, amarulentāq; scotta
ta? Videberis plane immemor hu

Eccles.3. ius præcepti. Audi sapientē: Si pa
ter tuus defecerit sensu, veniā da,
& ne spernas eum in virtute tua.
Itē: Maledictus est à deo, q exaspe

I. Tim.5. rat matrē. B. Paulus eos qui bene
præsunt presbyteros, duplice ho
nore dignos esse putat: tñ abest,
vt subsannandi exhibilandiq; sint.

Sed quid de patribus dice
mus? Nónne hoc ipso præcepto
damnabuntur, si paterni muneris
fuerint, oblitis? Quemadmodum
hoc mandatum violant filij, si pa
rētes: famuli & serui, si dominos:
subditi, si præfides & prælatos: a
dolescentuli, si seniores nō hono
rauerit: ita quoq; ē diuerso huius
manda

parentes for-
s fastidieris;
pteros, domi-
ueris morda-
tag; scomma-
immemor hu-
apientē: Si pa-
nsu, venia da,
n virtute tua
deo, q exaspe-
eos qui bene
duplici ho-
it: tm abest,
landiq; sint.
ribus dice-
o praecepto
ni muneris
admodum
t filii, si pa-
dominos:
alatos: a-
nō hono-
rio huius
manda

DE X. PRAE C. LIB.
mandati transgressorib. cōpares
sunt & finitimi parentes, si filius:
domini, si famulis: prēlati, si subie-
ctis legitimā curā nō impēderint.

36

Debent in primis parentes fi-
lios alere, quod si renuerint, præ-
uaricantur mandatum. Id nimirū
est, quod decreta sanctorum pa-
trum definiunt: Si quis reliquerit disti. 30.
proprios filios, & eos nō aluerit, c. Si quis
& qd pietatis est, necessaria nō pre-
buerit, sub occasione continentę
eos negligendos putauerit, ana-
thema fit. Ad hoc etiam fortassis
pertinere potest, quod Beatus
Paulus ait: Non debent filii pa-
rentibus thesaurizare, sed paren- 2. Co. 12
tes filii.

Debent & domini famulis, &
præsides subiectis ea quę ad victū
& vitę necessitatē pertinent, so-
lerter prouidere, ne vulgus pupil-
lorū, viduarū, & id genus misera-
biliū personarū inedia discrucie-
intereatq; Id B. Petrus non obscu-

B 6 rē in-

ARNOL. VESAL.

I. Pet. 5. rē innuit , cum diceret : Pascite q
in vobis est gregem Dei, prouidē
tes, neq; coacte, sed spontanē se-
cundūm Deum : neq; turpis lucri
gratia, sed voluntariē: neq; vt do-
minantes in cleris, sed forma fa-
cti gregis ex animo . Hoc est etiā
quod B. Iacobus, Cephas, & Ioan-
nes monuerunt , cūm dextras so-
cietas darent Páulo & Barnabę,
vt scilicet pauperum memores es-
sens. Illud quoq; se fecisse Job glo-
riatur, quando se fuisse dicit libe-
ratorē pupilli , patrem paupe-
rum, mōrentium consolatorem,
oculum cæco, pedem claudio.

Ab hoc igitur præcepto q pro-
cul is abest, qui dominatur, nō vt
pascat, sed vt mactet: qui præsidet,
non vt foueat, sed vt deglubat.

Debent quoque parentes filios
suos erudire, & salutarib. doctri-
nis exornare. Quod si vel per in-
scitiam neglexerint, vel per so-
cordiam omiserint, vel per mali-
tiam

Gal. 2.

Job. 29.

DE X. PRAEC. 1
fum ne cauerint, effici-
dubit docuit huius præcepti.
Tobit docuit filium fu-
fortatimere deum, &
ab omni peccato. Nón
lo scribit Hebreus: Par-
nōtra habuimus erudi-
ne Sapiens ait: Filii tibi
dillos, & curua illorū
corum. Filia tibi sunt
pus illarum, non obie-
faciem tuam ad illas.
Quid de prælati &
dicenrus? Mandauit
vt Eldras in peritos
rē. Iubet Dominus p
Clama, ne celles, qua-
ta vocem tuam, si una
lo meo sceleris eorum
nus per Hieremias: Ec-
bamea in ore tuo, &
super gentes, vt euili-
z. & adfices, & planni
b Paulus Timoth. Atte-
nighortationi, & doc-

ESAL.
ret: Pasciteg
Dei, prouide
pontaneē se-
turpis lucri
ē: neg: vt do
ed forma fa-
Hoc est etiā
nas, & loan-
dextras so-
& Barnabę,
memores es-
tisse lob glo-
e dicit libe-
tem paupe-
solatorem,
claudio.
epto q pro-
atur, nō vt
ui p̄fides,
eglubat.
ntes filios
b. doctrin-
el per in-
el per so-
per malis-
tiam

DE X. PRÆC. LIB.
tiam recusauerint, efficiuntur nō
dubiū, rei huius præcepti. Nónne
Tobias docuit filium suum ab in- 37
fantia timere deum, & abstinere
ab omni peccato. Nónne B. Pau- Tob. I.
lus scribit Hebræis: Patres carnis Heb. 12.
nostræ habuimus eruditores. Nō Eccle. 7.
ne Sapiens ait: Filij tibi sunt, eru-
di illos, & curua illos à pueritia
eorum. Filiæ tibi sunt, serua cor-
pus illarum, non ostendas hilarē
faciem tuam ad illas.

Quid de prælatis & præfulibus
diceamus? Mandauit Artaxerxes,
vt Esdras imperitos doceret libe Esd. 7.
rè. Iubet Dominus per Prophetā: Isa. 52.
Clama, ne cesses, quasi tuba exal-
ta vocem tuam, & annūcia popu-
lo meo scelera eorum. Dicit domi-
nus per Hieremiā: Ecce dedi ver- Hiere. I.
ba mea in ore tuo, & constitui te
super gentes, vt euellas, & destru-
as, & ædifices, & plantes. Scribit
B. Paulus Timoth. Attende lectio I. Tim. 4.
ni, exhortationi, & doctrinæ. Itē:

B 7 Atten

ARNOL. VESAL.

Attende tibi & doctrinæ, insta in illis, hoc enim faciens, & te ipsum saluū facies, & eos qui te audiunt.

2 Tim. 4 Item in altera epistola: Prædicta verbum, insta opportune, argue, obsecra, increpa in omnipotētia,

2 Tim. 4 & doctrina. Item: Tu vigila, in omnibus labora, opus fac Euangelistę, ministerium tuum imple. An non hoc ipsum quoq; seruator no-

Mat. 42 ster Christus significare voluit, quādo fidem & prudentem seruum esse pronunciauit, quem constituit dominus super familiam suam, ut det illis cibum in tempore. Item: Quando post resurrectionem primis prælatis, hoc est Apostolis dixit: Euntes docete oēs gentes, docentes, inq; eos seruare omnia quæcunq; mandaui vobis.

Debent præterea parentes filios, domini famulos, præsides subiectos delinquētes corripere, peccantes castigare, cuius rei si obliuiscātur, huius quoq; præcepti vi debun-

DEX. PRAEC. 1
debunt obliti. Sapiens patrī virga odit filium, dicit, inanter erudit, habet hanc à puerō dicit, cum perculeris eum videret. Tu virga persimilam eius ab interī. Ecclæsticus inquit, qd filium suū gloriatur, atq; latet in nebris non palpet proximorū. Cura cervicem filii & funde latera eius & nefotti induerit, & ibi, & tibi dolora. Ephelis scribit: Parvocare ad iracundias siros, sed educare illos & correptionem don. Sed quid de prælatis? Nonne Azarias comeo faceret sepius latenter Ozias regi in rī? Non est tui officium Cœleste incendium domum

DE X. PRAEC. LIB.

debuntur oblii. Sapiens ait: Qui Prou. 13.
 parcit virgæ odit filium, qui autē
 diligit, instanter erudit. Itē: Noli Prou. 23
 subtrahere à puero disciplinā, si
 enim percusseris eum virga, non
 morietur. Tu virga percuties eū,
 & animam eius ab inferno libera
 bis. Ecclesiasticus inquit: Qui dili Eccle. 30
 git filium suū, assiduat illi flagel-
 la, vt lātetetur in nouissimo suo, &
 non palpet proximorū ostia. Itē: Eccle. 30
 Curua ceruicem filij in iuuētute,
 & tunde latera eius dū infans est,
 ne fortē induret, & nō credat ti-
 bi, & erit tibi dolor anime. B. Pau.
 Ephesij scribit: Patres, nolite p- Ephe. 6.
 uocare ad iracundiam filios ve-
 stros, sed educate illos in discipli-
 na & correptione domini.

Sed quid de prælatis & presby 2. Pa. 26
 teris? Nōnne Azarias sacerdos &
 cum eo sacerdotes septuaginta re-
 stiterunt Oziæ regi atque dixe-
 rūt? Non est tui officij Ozia, vt a-
 dolescens incensum domino, sed sa-
 cerdo

ARNOL. VESAL.
cerdotum, hoc est, filiorum Aarō,
qui sunt cōsecrati ad huiuscemo-
di ministerium. Nōnne Beatus
I. Tim. 5. Paulus Timotheo scribite Peccan-
tes coram omnibus argue, vt &
Actu. 12. cæteri timorem habeant. Nōnne
quod Timotheum docuit ipse q-
ue compleuit, quando Elymam
magum acriter reprehendit di-
cens: O plene omni dolo & omni
fallacia, fili diaboli, inimice om-
nis iustitiae, non deseris subuer-
I. Cori. I re vias domini rectas? Quando
I. Cori. 5 Corinthios corripuit, qd sectas
I. Cor. 9 alerent, quod fornicatorem fer-
I. Cor. II rent, quod ad tribunal infidelit-
I. Cor. 15 se inuicē accusarent, quod domi-
nica cœna abuterentur, quod de
resurrectione mortuorum hēsita-
rent.

Sed quid de domino (vt vo-
Rom. 13 cant) temporalis? Beatum Paulū
audi: Non sine causa gladium por-
tat. Dei enim minister est, vin-
dex in iram ei qui malum agit.

Quod

D. X. PRAEC. I
Quid ministrū suū nos
petit, ceterorū est humi p
Epitremum, quod vi
m parentes atq; pralate
bros, magistratus, gra
catores, confessores
medicinonis homin
ute oportebit, vt scia
kate & sanctimoniam, s
regitate, & conuerit
tate & modestia filios
sunt exemplo, atq; ad
fēcum calcar adhibe
mirum Beatus Petri
admonet, vt con-
nostram inter gentes
bonam, vt in eo quod
de nobis tanquam de
ribus, ex bonis operib
fierantes, glorificem
die visitationis. Hoc &
to demandavit. In com
sum prabe exemplum
operum, in doctrina, in
tegritate, vt si qu

ESAL.
iōrum Aarō,
huiuscemo-
nne Beatus
ibit Peccan
gue, vt &
ant. Nōnne
cuit ipse q-
lo Elymam
hendit di-
lo & omni
imice om-
is subuerte
Quando
qd sectas
orem fer-
l infidelit
od domi-
, quod de
m hēsita
(vt vo-
n Paulū
ium por
st, vin-
m agit.
Quod

DE X. PRAEC. LIB.

39

Quod si ministerij sui non memi-
nerit, desertor est huius precepti.

Et postremum, quod vel in pri-
mis parentes atq; prælatos, pres-
byteros, magistratus, præfides, cō-
cionatores, confessores & huius-
modi conditionis homines obser-
uare oportebit, vt scilicet vitæ, p-
bitate & sanctimonia, morum in-
tegritate, & conuersationis facili-
tate & modestia filii subiectisq;
sint exemplo, atq; ad virtutis per-
fectum calcar adhibeant. Hoc ni-
mirum Beatus Petr⁹ voluit cùm
admoneret, vt conuersationem
nostram inter gentes haberemus
bonam, vt in eo quod detractant
de nobis tanquam de male facto-
ribus, ex bonis operibus nos con-
siderantes, glorificant Deum in
die visitationis. Hoc & Paulus Ti Tit. 2.
to demandauit: In omnibus teip-
sum præbe exemplum bonorum
operum, in doctrina, in integrita-
te, in grauitate, vt is qui ex aduer-
so est,

1. Petri z

ARNOL. VESAL.

so est, vereatur, nihil habens mai-
lum dicere de nobis. Hoc deniq;
Mat. 5. Christus voluit, cum Apostolos
eorumq; successores & inunera ob-
beuntes, lucem mundi & salē ter-
re appellaret, iuberetq; eorum lu-
cem sic coram hominibus lucere,
& glorificarent patrem qui in cœ-
lis est.

De quinto præcepto.

Cap. 9.

I Nter præcepta negativa, quæ nul-
lo non tempore quamlibet pro-
ximi læsionem prohibēt, illud
præcepto ordine, vel primum fore qd
non viderit, quo maximè lædi-
tur proximus, in propria scilicet
persona. Ait dominus: Non occi-
des.

Nunquid ergo à mactandis bo-
bus & pecudibus abstinendum?
Nunquid malefactores, vt pergat
malè agere, tolerandi sunt? Ne-
qua-

DE PRAECP. L
quod hodi B. Paulum: C
quod in macello, ma-
tegerunt, vt carnes a
evidentia, ederentur
gatis animalibus non
Audi Dominum per
dilectionem. Omnes pikes ma-
nifesta tradidit, & om-
natur & viunt, et in vo-
lo, quasi olera virtem
nus omnia. Audi iteru-
mper Mosen dicente
flos non patieris viuet
atur: Videte quod ego
Non sit aliis Deus p
ego occidam & ego va-
ri me (ait Sapiens) rege
legum conditores nati
per me principes
bortentes decernunt n
longi principes & leg-
atos, fontes morte a
tut.
Non occides igitur ho-
mij, sicut alii populi ut
vixit.

VESAL.
il habens ma
s. Hoc deniq
im Apostolou
& munera q
di & salē ter
tū: eorum lu
bus lucere,
orūm bonā
em qui in ca
epto.

tua, quē nol
amlibet pro
hibēt, illud
num fore q
ximē lādi
ria scilicet
Non occi
tandis bo
nendum?
vt perga
nt? Ne
qua

DE X. P R A E C E P. L I B. 40
quaquam. Audi B. Paulum: Omne 1. Co. 10.
quod venit in macello, manduca
te. Qui permisit, vt carnes in ma
cello diuenditae ederentur, ab iu
gulandis animantibus non deter
ruit. Audi Dominum per Mosen Gen. 9
dicētem: Omnes pisces maris ma
nui vestræ tradidi, & omne quod
mouetur & viuit, erit vobis in ci
bum, quasi olera virentia tradidi
vobis omnia. Audi iterum domi
num per Mosen dicentem: Male
ficos non patieris viuere. Alibi dicitur: Exo. 22.
Videte quod ego sim solus,
& non sit alius Deus præter me.
Ego occidam & ego viuere faciam.
Per me (ait Sapiens) reges regnabit: Pro. 8.
& legum conditores iusta decer
nunt, per me principes imperant,
& potentes decernunt iusticiam.
An non principes & legum con
ditores, fontes morte condem
nant?

Non occides igitur hominem, siue
